

LIB. IV.

DE  
RATIONE ET MODO  
JVS SVVM IN JVDICIO  
PERSEQVENDI.

*Tit. I.*

DE  
JVDICIIS IN GENERE.

§. 1.

**O**lim apud Romanos iudicii vox in angustiore significato accipiebatur, nec nisi ea denotabat, quæ coram Iudice pedaneo fiebant. Illa enim, quæ ipse Prætor seu Magistratus expediebat, in jure fieri dicebantur. Hodie vero, abrogato more iudices pedaneos dandi, ipse Magistratus iudicat, adeoque iudicium describitur, quod sit legitima causæ controversæ tractatio, coram Magistratu a partibus litigantibus instituta, ut ejus sententia lis terminetur. Vid. L. 13. C. de Jud.

§. 2. Dividitur Iudicium ratione causæ efficientis in Publicum & Privatum. Illud est, quod ex Lege iudiciorum publicorum venit;  
L. 1.